

## Werk

**Titel:** Herbarium Amboinense, plurimas conpleteens arbores, frutices, herbas, plantas ter...

**Jahr:** 1743

**Kollektion:** Zoologica

**Werk Id:** PPN369546733

**PURL:** [http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PID=PPN369546733|LOG\\_0020](http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PID=PPN369546733|LOG_0020)

**OPAC:** <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=369546733>

## Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

## Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen  
Georg-August-Universität Göttingen  
Platz der Göttinger Sieben 1  
37073 Göttingen  
Germany  
Email: [gdz@sub.uni-goettingen.de](mailto:gdz@sub.uni-goettingen.de)

Flores magnitudine Tiliæ floribus haud dissimiles, itidem circa extremos ramulos inter folia rotundis, lanuginosis, ac purpureis petiolis glomeratim, non sparsim producuntur, sensimque porrectis columellis umbellæ specie panduntur; tripli constant ordines foliorum acuminatorum ac ruforum, quorum singuli ordines sex continent foliola, ac medius planè erectus est; inhærentque calici crassio, ruffo, ac lanuginoso, in sex lacinias acuminatas secto, sex candidis staminibus, rufis apicibus dotatis, medium floris cavitatem & umbilicum occupantibus, inter quæ Stylus prodit, ipsius fructus rudimentum.

In AUCTUARII capite Quarto Nani-Hua sequenti describitur modo.

Licet hæc arbuscula ob ejus nomen adfinis videatur esse generi *Nani*, ac quoque in Amboina progerminet, in Herbario tamen nostro non potui illam subjungere *Nani* speciebus, partim quum ejus forma maxime ab iis differat, partim quod nimis diu post illam obseruaverim: Arbor ipsa paulo altior & crassior est Limonio, sed fruticosior, paulo enim supra radicem plurimos emitit incurvos ramos, qui sese in minores breves ac firmos dividunt ramulos, in quorum summo folia locantur solitaria, inordinata, longiusculis insidentia petiolis, qui prope folium geniculati sunt tanquam in *Durionum* foliis, inæqualis sunt hæc magnitudinis, a quatuor ad octo pollices longa, tres & tres cum dimidio lata, integra, in obtusum apicem desinentia. Non multum *Nani* folia referunt, sed melius cum illis *Novellæ nigrae* seu *Salimoery* convenienter, vulgaris *nempe formæ*, superne glabra, inferne parum rugosa per protuberantes & obliquas admodum venulas, coloris gilvi.

Fructus tam ex ramis quam ex surculis progerminant brevibus in racemis, quatuor sexu simul juncti, instar fructuum *Malaburæ* ex rotundo trigoni, raro quadrangi, superiori coronati, primo rotundi instar globorum scropeti minoris, dein instar prunorum rotundorum, exterius ex fusco lutei ac molles & lanuginosi, interius siccо repleti nucleo.

Lignum ejus durum est ac durabile pro ædificiis, sed crassioribus constat fibris, quod cæsum dulcem emitit lympham: Fructus sine notabili progerminant flore. Inter *Caju-Poeti* crescit arbores, aliasque in minoribus silvis, nec alio huc usque innotuit nomine nisi Amboinenſi *Nani-Hua*.

### Tabula Nona

Ramum exhibet arboris, quæ *Nani-Hua* vocatur.  
Ubi Litt. A. ejus fructus majores & separatos fistit, ut ejus anguli melius dignoscantur.

## CAPUT SEPTIMUM.

### *Metrosideros Amboinenſis. Caju Bessi.*

**M**etrosideros vulgaris arbor est multum a præcedentibus differens, hocque nomine tantum nota in insulis Amboinenſibus, cuius cor seu internum lignum undique albo quasi lardo cinctum est ad palmæ circiter crassitatem, quod vulgo alburnum vocatur, ut supra de Ebenis fuit dictum; subsequentur que istiusmodi varia ligna, cuncta vero interna ligna seu corda intensioris coloris & solidioris substantiæ vocantur proprie Græco-Latina derivatione *Melandryon*, Malaise *Dras*, uti duriores plantarum radicumque nervi *Ampulon* vocantur. Sic quoque generaliter hic notatum volumus, omnes subsequentes fere arbores silvestres in mares & feminas esse distinctas, quarum illa mas habetur, qui durioris est substantiæ, minoraque gerit folia & fructus, ac copiosiores produc flores, cuius lignum ad tignum vulgo usurpatur. Femina vero mollius gerit lignum coloris levioris, majora vero folia, copiosioresque fructus, cuius lignum ad tigna non ita valet.

Sic

De bloemen zyn in grootte en gedaante aan die van de Linde-bloezem niet ongelyk, ook omtrent het uiterste der takjes voortkomende op ronde, wollige, en purperagtige steeltjes niet verspreit, maar vele te gelyk en allengsken zig verspreidende, die als een Umbella ofte een Sonne-scherf werden uitgebreidt. Zy hebben een driedubbelt getal van puntige en rosse blaadjes, waar van elk uyt zes blaadjes bestaat, en in het midden is er een overeindt, dog alle zitten zy op een dikke, rosse, en wollige kelk, die in zes punten verdeelt is, en hebben zes witte vezels, wat rosse noppen in het midden van de bloem staande, tusschen welke een stijltje voortkomt, welke het beginzel van de vrucht is.

In het vierde Hooftstuk van het Byvoegzel, wert de *Nani Hua*-Boom op de volgende wyze beschreven.

Hoewel dit boompje volgens zynen naam, uit de maagschap van *Nani* schijnt te wezen, ook mede een Amboinsch gewas is, zo heb ik nogtans in myn groot Werk hetzelver onder de *Nani*-geslachten niet kunnen voegen, omdat het in gedaante al te veel daar van verschilt, en laat tot myn kennis gekomen is. De boom is wat hooger en dikker dan een gemeene Limoen-boom, dog beepteragtig, want by is schier van onderen op met kromme takken bezet, die zig in korte en styve ryskens verdeelen, aan 't uiterste derzelver staan de bladeren enkelt en zonder order, op langagtige steelen, dewelke by 't blad een knietje hebben gelyk de *Durioens*-bladeren. Zy zyn van ongelyke groote, te weten van vier tot acht duymen lang, 3 en 3½ breed, ongekerft, en met een stompe spits. Zy gelyken weinig na *Nani*-bladeren, maar beter na die van *Novella nigra* of *Salimoery*, namentlyk van een gemeen fatzoen, boven glad, beneden wat ruig, wegens de uitstekende en zeer schuyns lopendeaderen, en vaal-groen.

De vruchten hangen zo aan de takken als ryskens met korte troesjes, 4 en 6 by malkander, gelyk de vruchten van *Malahuur*, uyt den ronden wat drieboekig, zelden vierboekig, met een verheven kroontje boven op, eerst als pistool-kogels, daarna als ronde pruymen, buyten graauwgeel en zagt, of wolagtig, binnen gevult met een drooge bœst.

Het bout is hard en durabel aan den buysbouw, dog wat grofdradig, in 't kappen geeft het een zoet water, en de vruchten schynen zonder bloeyzel voort te komen. Het groeid onder de *Caju-Poeti* boomen, en in andere lugtige boschken, zynde tot nog toe met geen andere naam bekend dan den Amboinschen *Nani-Hua*.

### De negende Plaat

Vertoont een Tak van de Boom, die *Nani-Hua* genaamt wert. Alwaar Lett. A. aanwyft deszelfs vruchten byzonder in groter gedaante, op dat deszelfs hoeken beter gezien zouden kunnen werden.

## VII. HOOFDSTUK.

### Gemeen Amboinsch Yzer-hout.

**H**et gemeene Yzer-hout is een boom veel van de voorgaande verschillende, ende met dien naam alleen in de Amboinsche Eylanden bekent, het geen men eigentlyk Yzer-hout noemt; van dezen boom is mede het bort of binneste bout rondom met een wit spek omgeven, omtrent een hand dik, 't welk men in 't gemeen spint noemt, gelyk wy boven van de Ebbenbouteren gezegd hebben, en nog verscheide diergelyke volgen zullen, maar alle diergelyke berten of binnen-bouten, die van een hoger coeur, en vaster substantie zyn, noemt men eigentlyk in 't Grieks Latyn Melandryon, in 't Maleys Dras, gelyk de harde zenuwen in de planten en wortelen Ampulon. Zo willen wy ook in 't generaal bekent gemaakt hebben, dat meeft alle de volgende wout-boomen in manneken en wyfken onderscheiden worden, waar van men het voor 't manneken bout, het geen harder van substantie, kleender van bladeren en vruchten, en ryker van bloemen is, 't welk men ook gemeenelyk tot 't timmeren gebruukt. Het wyfken heeft een weker bout, ligter coeur, grooter bladeren, en meer vruchten, tot 't timmeren meeft onnut.

C 3

Zo

Sic itaque Metrosiderum quoque dividimus in mārem & feminam, cuius mas vulgatissimus est, quem primum describemus.

Altissima ac vastissima est arbor, non penitus retum gerens truncum, sed plerumque incurvum, exceptis iis, qui in densis crescunt silvis, qui trunci erecti admodum observantur; paucos vero incurvos gerit hæc arbor māiores ramos, eleganter extensos, ex quibus plurimi nodosi & incurvi excrescunt ramuli, qui in plures alios minoresque divisi sunt. Arboris cortex est glaber, cinereus, vel in album tendens colorem, ramorum vero magis fuscus est, in inferiore trunco duplicatus, qui in senectute separatur in magnas firmasque lamellas ultra cultrum crassas, in brevioribus ramulis folia plerumque in bina paria distincta sunt, in junioribus vero arboribus in tria paria opposita. Folia hæc sunt subrotunda, tres quatuorve pollices longa, paulo minus lata, paulumque antrorsum inflexa, cui lateri magnus nervus semper proxime adcombit, ita ut hic non directe per medium transeat, suntque illa porro firma, glabra, & late viridia, paucis transversalibus costis distincta, a quibus vetusta scabra sunt, hæc quoque superius rotunda sunt, sed juniora sunt magis oblonga, brevique apice donata, quoque vetustiora sunt folia, eo minora; sive essent incisa, cum Quercus foliis maxime convenienter, saporem porro habent dulcem, cum parva adfrictione, ita ut hæc juniora folia cruda edi possint.

In ramulorum summo racemi breves propullant, quibus insident plurima glauca capitula forma modique Caryophyllorum, sed non ita cruciatim posita nec ordinata: Hæc sepe aperiunt in flosculos quadripetalos subrotundos, coloris ex viridi lutescentis instar florum Mangæ, magnitudine florum Clematitidis, in ipsorum centro aliud locatur album & oblongum petalum superius circinnatum, circa quod primo tria locantur longa, subtilia, & rubra stamina, ample extensa, quorum quodvis prope ortum suum bina breviora & magis albentia gerit stamina, totque prope istud medium petalum, majora autem stamina varias habent antheras farina flava adspersas, in ipso floris centro brevis adparet corona, cui longum insidet cornu inferius latum & viride, superius angustum instar filii, & rubrum, quod in fructum excrescit. Florum odor est gratus, sed debilis, fere instar illius florum Canangæ, sive hi marcescunt, petala externe magis flavescunt, mediumque violaceum habet colorrem.

Fructus est siliqua longa, tenuis, & plana, spithamam vel undecim pollices longa, tres digitos lata, calatum circiter crassa, oris æqualibus & aliquando protuberantibus, ejus pars inferior est fere recta hilumque crassum format, superior vero pars gibbosa est ac tenuor, ad latera plerumque incurva, sive matura, obscure fusca seu nigricans, nec facile aperiri potest ac dura est. Intus locantur quatuor, quinque, vel sex tenuia & plana officula seu fabæ nigræ, magnitudine circiter denarii, ad cultri crassitiem, non rotundæ, sed oblongæ & fere cordatae, quæ in hilo suo umbilicum gerunt, quo siliquæ necuntur, in hisce medulla inventitur sicca, viridis, forma foliolis sita, quæ verum includit semen, ex quo juniores progerinant arbores.

Si hæc arbor profunde incidatur, ut per albam ejus substantiam fuscum tangatur cor, late rubens exstilla fuccus instar tenuis sanguinis, qui in linteis inexpungibiles cauſat maculas, quod omnes plerumque tales fucci efficiunt.

Lignum, ut dictum est, duplex est, externum alburnum tantum est, in junioribus arboribus pallidum crassum, in adultis binos digitos, inæquali crassitie cor ambiens, uti vitellum in cocto conspicitur ovo ab una parte magis adcombere testae quam in altera: Lignum ipsum seu genuinum Syderoxylum substantia est solida, gravis, dura, & crassis constans ex fibris, cum carne bovina seu Quercu nostra conveniens, in mare pallide fusca, sed sicca obscurior est, ac demum nigricat, una tamen ejus inventur species, cuius lignum crudum ad pallide rufum adcedit colorrem, quæ Metrosideros rubra vocatur.

Altera Metrosideros femina modo crescendi cum māre convenient, sed ejus folia sunt longiora, flaccidiora, & acutiora, quinque vel sex pollices longa.

Trunci

Zo deelen wy dan ook den Yzerhout-boom in manneken en wyfken, waar van 't manneken het eygentlyke, en meest bekende is, en 't welk wy nu eerst beschryven zullen.

Het is een zeer hoogen en robusten boom, niet heel regt van stam, maar gemeenlyk wat bogtig, behalven die in digte boschen staan, dewelke zeer regt zyn; hy heeft weinige en kromme hoofd-takken, ordentlyk uitgebreid, en daar aan vele knoeftige en kromme ryskens, die bin in vele andere en kortere verdelen. De schorffes des booms is even, ligt, asch-graauw, of naar 't witte trekende, maar aan de takken is ze graauwer, aan de onderste stam dubbelt, en in den ouderdom affschilferende, met groote en styve lappen, ruym een mes dik; aan de korte ryskens staan de bladeren meest by twee paren, en aan de jonge boomen drie paren, regt tegens malkander. Dezelve zyn rondachtig, drie en vier duimen lang, wat minder breed, en een weinig na vooren gebogen, welke zyde de groote zenuwe altyd naast leyt, zo datze niet regt door de midden gaat, wat styf, glad, en blyde-groen, met weinige dwers-ribben, dieze in den ouderdom wat geplooyt maken. De oude bladeren zyn vooren rond, maar de jonge zyn langwerpiger, met een korte spitze, en hoe ouder, hoe kleender zy worden; waren ze gekerft, zouden zy met ons Eyken-loof groote gelykenisse hebben, van smaak zoet, met een kleene adstringtie, zoo dat men de jonge bladeren wel raauw kan eten.

Aan 't uitterste der ryskens komen kort getakte troesjes voort, daar aan staan vele spaans-groene knoppen, in maniere als de Nagel-kroontjes, dog zo wel niet in 't kruis, en gesickt. Deze haer openende werden bloempjes van vier langwerpige en vooren ronde blaadjes, van kleur geel-groen, als de Mangas-bloemen, en in de groote, als die van Clematis; in haer midden staat een ander wit en langagtig blaadje aan de boven rand gefinbeld, rondom staan voor eerst drie lange subtile en rode draden, wyd uytgespreyt, hebbende ieder by zyn oorspronk nog twee korter en witter draden, en ook zoo vele by 't middelste blaadje, dragende de groote draden diverse noppen, met geel meel bestrooit, regt in de midden ziet men een kort bekertje of kroontje, daar in staat een lang boorentje, onder breed en groen, boven smal, als een draad, en rood, waar uyt de vrucht werd. De reuk is lieffelyk, dog slap, bykans als die van Cananga-bloemen, en als deze bloemen oud worden, zo ziet men de buitenste blaadjes geelder, en het middelste wert violet.

De vrucht is een lange, dunne, en platte bouwe, een span of elf duymen lang, drie vingers breed, en omtrent een schaft dik, meest met evene kanten, of bier en daar met een bogtje, de buyk is schier regt, en maakt een dikke naat, de rugge is bulig en dun. Zy zyn ook gemeenlyker zyden wat gekromt, ryp geworden, donker-bruyn of swart, niet ligt om te openen, en hard. Binnen leggen 4. 5. en 6 dunne platte boonen, ook swart, en even in de grootte van een kleene schelling, in de dikte van een mes, niet rond, maar langwerpig, of als een bert, en in 't kloofje een kort adertje hebbende, waar mede zy aan de schaal hangen. Binnen is een groenagtig droog merg, in de gedaante van een blaadje, 't welk het eigentlyke zaat is, waar van jonge boomen voortkomen.

Als men in den boom zo diep kapt, dat men door 't witte spint tot het bruyne hert komt, zo loopt 'er een licht-roode zap uyt als dun bloed, 't welk in 't linnen onwytschelyke vlekken geeft, gelyk alle meest diergelyke zappen doen.

Het bout, als gezegd, is tweederley, het buytenste witte is maar spint, een band dik aan de jonge boomen, en aan de volwassen twee vingers dik, dog in ongelyke dikte, het hert omgevende, gelyk den doorn in een gekookt ey gemeenlyk de eene zyde nader ligt, dan de andere. Het hert of eygentlyke yzer-bout, is een vaste substantie, swaarrhard, en grofdradig, met het robuste offen-vleesch, of met ons Eykenhout te vergelyken, aan 't manneken licht-bruyn, maar besterft hoog-bruyn, en ten laatsten swart-bruyn, men heeft egter een geslagt, waar van 't raauwe bout na 't ligt-roffe trekt, 't welk men rood Yzer-hout noemt.

2. Yzerhout 't wyfken is in manier van waffen 't mannetje gelyk, de bladeren zyn wat langer, slapper, en spitzer, 5 en 6 duimen lang.

Aan

Trunci lignum exterius seu alburnum est crassius, atque cor pallidiorem habet colorem, quam maris, ex fusco nempe in luteum vitellinum vergens color, nec unquam ita nigrum, si siccum sit, levioris & molioris substantiae, obscuris striis longitudinalibus distinctum, quodque facilius elaborari potest.

Utraque ligna placentarium gerunt odorem, vel instar recentis panis, si elaborentur, facileque secari & perdolari possunt, satisque glabra sunt, si poliantur: in recenti elaborato ligno inter majores pectines minores observantur lutei, & fragiles instar sulphuris, quod proprio ejus pinguedo est.

Femina aliam quoque habet varietatem, cujus folia sunt longiora, & acutiora, ac saepe per tria paria ramulis infidentia, quorum unum prope pedunculum aliquando incurvum est, ejus lignum quoque vitellini est coloris, molle, & longum, nec ita durabile ac praecedens, ex fusco ruffum est, magnumque habet alburnum. Maris ligni pectines sunt breviores, intricatores, multoque copiosius gerunt istud sulphur, feminae vero sunt longi & recti. Radices quoque sub terra prorepunt, nec profunde illam perforant, ita ut saepe supra rupes nudae decurrant, inque litoris scopolis si crescent, sub radicibus excavata est, ubi haec excurrent: Radices sunt siccæ saepe & emortuæ, nigricantes, atque una parte vivente obductæ cortice, nihilominus tamen scopolis ita infixæ, ut a ventis non adeo facile disjiciatur hæc arbor ac praecedens Nani.

*Anni tempus.* Sub initium siccorum mensium h. e. Septembri flores incipit proferre, quod usque in Januarium & Februarium durat, fructus ejus maturescunt mense Aprili, & sub initium pluviosorum mensium, quum pauciora gerat folia, optimeque cædi potest.

*Nomen.* Latine *Metrosideros Amboinenesis*, seu *Lignum ferreum vulgare*. Belgice gemeen *Yzerbout*. Malaice *Caju Besi* & proprie *Caju Carbou*, vel uti alii dicunt *Marboo*. Ternatice *Iffer* & *Ifféle*, unde putarem nostram nationem suum *Yzerbout* deflexisse, quum non observem aliquam nationem ipsi cognomen *Sideroxyli* tribuisse. Macassarice dicitur *Bajang*. Boegice *Ipi*.

*Locus.* In cunctis occurrit insulis Orientalibus, uti & in Java, ac Malacca, optima vero & frequentissima crescit in Amboinae regionibus, lutea nempe in Boutona, Boerone, & Cerama: Fusca vero seu mas in ipsa Amboina, uti & in Cerama tam in litore, quam in vicinis ipsi montibus, quoque locus sit magis saxosus, eo melius exhibet lignum, ita ut saepius, uti dictum fuit, in acutis & nudis crescat rupibus: Expertus quoque fui per stipites propagari posse mensibus pluviosis in solo duro lapillis mixto.

*Usus.* Hisce in regionibus hoc lignum primarium est, quod ad tigna adhibetur, uti apud nos Quercinum, non tantum ad ædes, sed ex ipso quoque mensæ, sedes, cistæ, similiaque fabricantur, atque tam dolabra quam tornionum ope poliri potest, licet crassis videatur constare fibris, atque poliendo in tam splendentem & obscure fuscum elaborari potest lignum, ut a vetusto & diu usurpato ligno Quercino distingui nequeat; aquæ injectum hoc lignum fundum quoque petit, sed feminæ lignum quodammodo supernat uti & illud maris, si levia quædam ipsi adligata fuerint ligna, ob gravitatem vero tectis raro inservit.

Lignum hoc auream præbet rasuram haud ingratitudoris, illud vero quam maxime a solo arcendum est, ne muros tangat ex terra, argilla, falsisque lapillis marinis constructos, ab omnibus enim hisce ingredientibus intra paucos annos putreficit: Credebatur olim calcem huic ligno esse perniciosa, experientia vero subsequentibus annis edocuit, ipsi calci hoc non esse adscribendum, sed falsedini aquæ, ipsi mixtae, vel lapillis marinis, unde & camentariis mandatur, trabes ex hoc ligno constructas lateribus coctis siccisque ac calci inponere, unde hoc lignum indurescit & persistit, quondam vero hoc obducebatur lamellis plumbeis, quo usque muros penetrabat, sed hoc quoque non succedebat, uti id ad oculum nobis in muris descriptis adparuit: Sic quoque non durabile est in penariis, aliisve occlusis repositoriis, omnis enim humiditas nebulosusque talis aer huic nocet ligno, unde nec etiam pluviis vel vento potest resistere nisi pice vel pigmento quodam effet obductum, durabile fatis quoque est in solo sub aqua, sed non in ipsa aqua, in qua intra paucos menses teredines Malaice *Capang* & Latine

Aan de stam is het spint groter, het bout van 't bert ligter van kleur, dan aan 't manneken, namentlyk uyt den bruinen, naar 't doorngele trekkende, en nooit zo'wart bestervende als dat van 't manneken, lichter en weker van substantie, met donkere strepen in de lengte, en gemakkelijker om te bearbeyden.

Beyde bouten hebben een koekagtigen reuk, of als versch brood, als men ze bearbeyd, neemt gemakkelyk de zaag en schaaf aan, en wort redelyk glad, gepolyt zynde: in 't versch bearbeyd, ziet men tusschen de kammen eenige kleendere kammen, geel en bryzelig, als swavel, het welk zyn vettigheid is.

Het wyfken heeft nog een verandering, daar aan de bladeren nog langer en spitzer zyn, ook dikwils met drie paren aan de ryskens, waar van somtyds het eene by den steel omgedraayt staat, het bout mede doorn-geel, week, en lang, zo durabel niet als het voorige, besterft bruynros, en heeft een groot spint. De kammen van 't manneke-bout zyn korts, verwerder, en hebben meer geel swavel, maar die van 't wyfken zyn lang en regt. De wortelen verspreyden hun ook meest langs de aarde, en gaan niet diep in, zo dat men ze dikwils over de klippen bloot ziet loopen, en op de strand-klippenstaande, is by dikwils onder de wortel hol, alwaar die afhangen, de wortelen zyn droog, swart bestorven, en egter aan de eene zyde nog met de levende schorje bekleet, niet te min houd by vast in de klippen, en word van de winden zo ligt niet omgeworpen, als de voorgaande Nani.

Sayzoen. In 't begin van de drooge Mousson, dat is September, begint het te bloeyen, 't welk duurt tot in Januari en February. De rype vruchten heeft men in April, en in 't begin van de regen-Mousson, wanneer by 't minste loof heeft, en best om te kappen is.

Naam. In 't Latyn *Metrosideros Amboinenesis*, of *Lignum ferreum vulgare*. Op 't Duitsch gemeen Yzerhout. Maleys Caju Besi, en eygentlyk Caju Carbou, of gelyk andere zeggen Marboo. In Ternaten Dowora, Amboinsch Iffer en Iffele, waar van men gissen zoude, dat onze Natiæ haar Yzerbout gemaakt heeft, om dat ik niet bevinde, dit bout by eenige andere Natiën den toename van yzer te hebben. Macassars Bajang. Boegis Ipi.

Plaats. Men vind het in alle de Oostersche Eylanden, als mede op Java en Malacca, dog wel 't beste en meeeste in de Amboinsche quartieren, te weten, het geele op Bouton, Boero, en Ceram, het bruyne of manneken op Amboina zelfs, als mede op Ceram, zo wel op strand, als in 't naaste gebergte, en hoe steeniger de plaats is hoe beter bout by geeft, zo dat men 't dikwils, als gezegd, op scherpe en meest bloote klippen vind. Ik heb ook bevonden, dat men 't met stokken verplanten kan in de regen-Mousson, en in een harde grond, daar kleene steentjes onder lopen.

Gebruik. In deze quartieren is dit bout een Prins van alle timmerbouten, gelyk by ons 't Eykenhout is, te weten, op 't lant niet alleen tot den huisbouw, maar ook tafels, stoelen, kisten, &c. latende zig zo met de schaaf, als drayers bytel, redelyk glad werken, hoewel 't grofdradig schynt, egter door 't polysten kan men het glimmende en donker-bruyn maken, zo dat men 't van oudt en lang gebandelt Eykenhout niet onderscheiden kan. Het is mede een zink-bout in 't water, dog het wyfken dryft eenigzints, gelyk mede 't manneken, als 'er maar weinige ligte bouting aan gebonden zyn, wegens zyne swaarte wert 't zelden in 't dakwerk gebruikt.

Het geeft een gout-geel zaagmeel, niet onaangenaam van reuk, maar men moet dit bout ten hoogsten bewaren, dat het in geen gront staat, nog in eenige muuren van aarde, kley, en brakte zee-stenen gemetzelt, gelegt wert, want van alle deze vergaat dit bout in weinige jaren. Men heeft ook eertyds geloofd, dat de kalk aan dit bout schaadelyk zy; maar de ervarentheid in de volgende jaren heeft het tegendeel geleert, dat zulks de kalk zelfs niet toe te schryven zy, maar de brakkigheid van 't water, dat daar onder komt, ofte de zee-stenen, dierhalven ordonneert men aan de Metseelaars, datze de balken in droog gebakke steenen en kalk zullen leggen, waar in dit bout bart en onverteert blyft. Men besloeghe eertyds met loede platen, zo verre ze in de muur lagen, maar dat deugde al mede niet, gelyk ons den oogenblycken in eenige afgebroken muuren geleert heeft: Zo is 't mede zo durabel niet in kelders, en andere beslotene pakbuyzen, want alle vogtigheid of diergelyken lugt dit bout schaadelyk is, daarom het ook tegen geen regen of wint bestaan kan, ten ware dat 't niet te teer ofte andere verwe aangestreken wierde; niet te min in de gront onder water is het durabel, maar niet in 't wa-

*Solenes* illud perforant. Sic quoque sollicite curandum est, ne alburni quædam pars remaneat in trabibus vel postibus, quum omne illud ac præfertim quod in occlusis deponatur locis, intra paucos annos degeneret in albas fomicas pediculosque, quod animalium genus tanquam pestis grassatur in India, quibus plurima supellectilis pars ipsæque perduntur ædes. Elaboratum lignum fæcibus vulgaris cerevisiae politur, ut elegantem fuscum splendenterque adquirat colorem, vetus vero in ædibus adeo indurescit, ut vix clavus trajici possit, adeoque firmiter rubigine ipsi inharent, ut non nisi fracti & vi evelli possint, uti & hoc multo difficilius elaboratu est. Optime etiam foco inservit, sed alia leviora ipsi admiscenda sunt ligna, quum solidum lente ignem concipiatur, si vero semel flammam suscepere, vehementer ardet, fortisque emittit calorem, solidosque relinquit carbones; ad naves exstruendas non adhibetur, quum nimis sit grave, nec in aqua durabile: Hoc insuper vitio laborat lignum istud, quod magnas nempe circa cor gerat fissuras, quæ sæpe per totam decurrunt trabem, licet cor cæterum adeo sit durum ac reliquum lignum, quod lignariis multum tædii adfert, si trabem crassiorem in asperes vel minora secare velint segmenta; Hæ vero fissuræ plerumque huic supervenient ligno per gravem lapsus iustum, vel si arbor vegeto nimis referta sit succo; attendendum enim est, hanc non cædi arborem eo tempore, quo teneris foliis floribusque sit onusta, nec plenilunio, quod & de omnibus tignis observandum & notandum. Ad cistas & scrinia feminæ lignum melius conducit, quum magis fuscum, levius & facilius elaboratu sit, quales potissimum sunt Boutonenses cistulæ ulnam longæ ac pedem altæ.

Juniora feminæ folia suspectis adcoquuntur piscibus, quales sunt inflatores, duriones, similesque, ut eo minus noceant.

Vetus trunci cortex, uti dictum est, sponte separatur, sub quo aliis regeneratur, qui sensim quoque decorticatur, talique modo aliquando quatuor, quinque, & septem lamellæ sibi invicem inharent, quæ semi digitum crassæ, multisque angulis involutæ diligenter configuntur & adservantur in usum medicum, contusus enim hic cortex & cum veteri masticatus Pinanga, vel aliis incoctus cibis album pituitosumque fistit fluxum, aliasque diarrhæas. Primum sola masticatur Pinanga, succusque ejus calce imprægnatus expulitur, tumque cortex ore adsumitur cum pauca confusæ Zingiberis quantitate, quorum succus simul de-glutitur: Zingiber additur, quum hi plerumque morbi ex frigore & stomachi flacciditate suum ducant ortum.

Eius fabæ in Sumatra ultra denarii magnitudinem excrescent, quæ referunt fructus fabæ marinæ seu *Boa Parang*, quas plebs conligit, carbonibusque vel cineribus calidis inponit & torret, donec ipsarum pelliculae dehiscent, quas dein per tres vel quatuor dies in aqua macerant salsa, in tepida iterum renovant, coquunt, ac edunt.

In Batsjama Cephus quidam fuit observatus, qui venenatos comedebat in litore boletos, unde vertiginosus erat, mirisque giris juxta litus sese circumvolvebat, donec ad Metrosiderum accederet, cuius corticem rostro perforabat, unde reconvalescet. Hinc homines edocti fuere, hunc conducere corticem contra anxietates perniciemque Boletorum, si recens nempe cortex, vel lignum contritum adsumatur.

Amboinenses feminæ viridem edunt corticem cum Pinanga, si imprægnatae sint per totum imprægnationis tempus, ut ipsarum foetus sint robustiores ac saniores.

Anno 1678. in vetusta decidua Metrosidero in Amahusœ montibus observatum fuit in crassorum ramorum meditullis gummi quoddam, sapore & colore Acaciæ simile, instar picis nigrum, adstringentis admodum saporis cum quadam & levi amaritie: Hoc gummi superioribus temporibus non fuit notum, ac lignum, cui adhærebatur, ex nigro magis fuscum & durius erat vulgari Metrosidero. Hujus gummi pauca copia ore adsumpta omne mucosum adtrahit, depuratque illud æque bene ac terra Catechu.

### Tabula Decima

Ramum exhibet Metrosideri Amboinenſis, quæ Caju Bessi incolis vocatur.

CAPUT

't water zelfs, daar in binnen weinige maanden de pyp-wormen in't Maleys Capang, in't Latyn Solen, inkomt. Zo moet men ook zorgvuldig al 't witte spint afnemen, al zou'er aan de balken of stylen een hoek wanblyven, vermits al het zelve, inzonderheid dat in bedomppte plaatzen staat, in korte jaren verandert in witte mieren of bout-luyzen, een snoede pest in Indië, die menig gebouw en huisraad bederven. Het bearbeyde bout wert met moer van gemeen bier gepolyft, om schoon bruyn te werden, het oude in de gebouwen werd zo hard, dat men 'er niet of qualyk een spyker kan inkrygen, en die in 't versche geslagen werden, verroesten daar in zo vast, dat men ze zonder breken niet weder uit kan krygen, gelyk het als dan ook veel moeylyker te werken is. Het geeft ook schoon brandbout, dog men moet 'er ander ligt bout onder mengen, om dat 't alleen langzaam in brand raakt, maar eens de vlam gevatt heeft, brant het fel, geeft een sterke hitte, en bestendige koelen; tot den scheepsbouw werd het niet genomen, om dat 't te swaar, en in 't water gants niet durabel is. Dit bout heeft verders die fouten, dat het groote berfscheuren heeft, die zomtyds door den gebeelen balk gaan, hoewel het hert anderzins zo hard is, als 't resterende bout, het welk de timmerlieden groot verdriet aanbrengt, als ze een dikke balk tot planken of kleindere bouten willen zaagen: Deze scheuven kommen egter gemeenelyk in 't bout door den swaren slag in 't nedervallen, of als den boom te vol jeugdig zap is, want men moet wel opletten, dat men deeze boomen niet kapt, als ze vol jong loof, ofte bloemen staan, nog by volwassen maan, 't welk van alle timmerbouten gezegzt zy. Tot kisten en kasten is 't bout van 't wyfken bequamer, om dat 't geelder, lichter, en gemakkelyker te bewerken is, gelyk meet zyn de Boutonze kisjes van een elle lang, en een voet hoog.

De jonge bladeren van 't wyfken werden by suspecte visschen gekookt, gelyk 'er zyn Opblazers, Durioens vissch, &c. op dat ze te min schaden zullen.

De oude schorffé, als gezegzt, schilvert van zelfs af, daar onder weer een ander groeit, die metter tyd ook afschilvert, en zo bangtze zomtyds 4. 5. en 7 dubbelt boven malkander, welke lappen een halve vinger dik zynde, en met vele ronde boeken, naastig verwaardt werden tot een medicinaal gebruik, want gestampt, en met oude Pienang of in andere kost gegeten, stoppen de witte en slymerige roer, en andere buyklopen. Men knauwd eerst de Pienang alleen, en spouwt den gekalkten zap uit, en doet de genoemde schorffé in de mont, met een weinig kleene Gember, de resterende zap voort inswelgende. De Gember word daar by gedaan, om dat die ziekte gemeenelyk uyt koude en slappigheid des maags komt.

De zaden werden op Sumatra ruym zo groot als een schelling, gelykende de vruchten van Faba Marina, of Boa Parang, dewelke de geringe luyden vergaderen, op kolen of beete affe braden, tot dat de schellen barsten, daar na drie of vier dagen in zout water weken, als dan weder ververchen, opkooken, en eeten.

Op Batsjam heeft men gezien een Zee-meeuw, dewelke fenynige Campernoelen op strand at, en daar van duizelig wierd, zo langs strand op en neer rollende, tot dat ze by een Yzerbout-boom quam, pikte in de schorffé, waar van ze wederom bequam. De menchen hebben hier uyt geleert, dat deze schorffé tegens de benaauwtheid, enschadeleykheid van Campernoelen dient, te weten de versche schorffé of het bout gevreven, en ingenomen.

De schorffé eten de Amboinsche Vrouwengroen met Pienang, als zy bevrucht zyn, den gebeelen tyd van baaren dragt, en zeggen, dat daar van sterke en gezonde kinders komen.

Ao. 1678. is in een oude omgevallene Yzerboutsboom, in't gebergte van Amahusoe, binnen in 't hert van de dikke takken gevonden een Gom, aan snaak en kleur de Acacia gelyk, te weten, swart als pik, en zeer adstringent van snaak, met een kleene bitterheid in het eerste: Deze Gom is te vooren niet bekent geweest, en 't bout, waar in het zat, was swart-bruynder en harder dan het gemeene Yzerbout. Een weinig van 't zelfde gom in de mond genomen, trekt alle de slymerigheid t'zamen, en zuyvert den zelven zo wel als Caatsjo.

### De tiende Plaat

Vertoont een Tak van het gemeene Amboinsche Yzer-bout, het geen Caju Bessi van de Inlanders genaamt wert.

VIII.



